

Analecta Novissima Spicilegii Solesmensis.

Altera continuatio Tom. I. De epistolis et registris Romanorum Pontificum disseruit J. B. Cardinalis Pitra, Episcopus Portuensis et S., Rufinae, S. R. E. Bibliothecarius. Parisiis, Roger et Chernowitz bibliopolis, MDCCCLXXXV. Mk. 12. p. XIV + 630 gr. 8°.

Notum est omnibus, quanta doctrinae sacrae et profanae multiformisque eruditionis fama gaudeat Eminentissimus Cardinalis Pitra, Episcopus Portuensis, subdecanus Sacri Collegii Purpuratorum et Sanctae Romanae Ecclesiae meritissimus Bibliothecarius, Ordinis vero S. Benedicti hodie praecipuum decus et ornamentum. Porro hic indefessus thesaurorum absconditorum indagator, post tot numerosa et pretiosa Sanctorum Patrum scripta iam e tenebris archivorum et bibliothecarum suis laboribus eruta¹⁾ novae ab aliquot mensibus inchoavit editionem collectionis, quae pluribus, ut speratur, constans voluminibus minimeque inferior seu praecedentibus eiusdem auctoris seu similibus Mabillonii, Pezii, Martenii, Canisii etc., rempublicam litterarum novis thesauris mirum in modum ditabit augebitque.

Primum Analectorum Novissimorum volumen, de quo hic brevis sermo, pro obiecto habet epistolas seu Regesta Summorum Pontificum duplicique parte constat, altera scilicet (p. 1—461) merae critices, altera vero (p. 462—622) textuum et documentorum.

Prima pars, quae lingua gallica exaratur, quoddam genus est propylaei, in quo large et eruditissime historia Cancellariae Pontificiae eiusque vicissitudinum a quinto seculo usque ad finem decimi sexti describitur. Iter obeundo doctissimus auctor aliquot Romanorum Pontificum vindicias suscipit planeque diluit insimulationes, quibus obnubilare tentarunt scriptores acatholici et alii Liberium, Vigilium²⁾, S. Gregorium VII et aliquot alios aetatis vulgo dictae ferreae seu decimi secuti.

Secunda pars voluminis, de quo hic agitur, coram oculis ponit textum integrum ducentarum circiter litterarum ineditarum Romanorum Pontificum, ordinarum secundum seriem annorum a S. Hilario ad Paulum V. (1621) usque. Quanti sint habenda huius generis documenta ad maiorem scientiae praesertim historicae et monasticae profectum, facile conicitur ex eo, quod praefatae litterae directae fuerint tum ad reges seu

1) a] Spicilegium Solesmense (I—IV, Parisiis 1852—1858); b] Analecta Sacra Spicilegio Solesmensi parata. Tom. I., II., III., IV. Patres Antenaeni. Parisiis, Roger et Chernowitz 1876—1884. XCIV, 704; XLVII, 660; 640; XXXIV, 518 p. gr. 8°. Mk. 48; c] Spicilegium Solesm. Tom. VIII. Opera inedita S. Hildegardis 1882; d] Juris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta. I., II. Romae 1864—1868. 4°.

2) Vigilio dicatur dissertatio specialis (p. 366—461.) et latius tractata olim a doctissimo Constantio scripta, sed hactenus inedita.

episcopos Italiae, Galliae, Germaniae et aliarum regionum. tum ad abbates seu monasteria Ordinis S. Benedicti¹⁾ et aliarum religionum totius Europae. Caeterum deest pagina ad amplius spatiandum, ad indicanda speciatim personarum et locorum nomina seu circumstantias rerum. Sed aliunde res non est necessaria. Nam ex antea dictis clare patet, quam bene de tota Ecclesia et praesertim de Papatu Romano hac nova vice meruerit eruditissimus auctor, qui pro sua parte nihil quaesivit, hanc tractationem suscipiendo, nihil ambivit nisi novo modo militare pro Cathedra Petri²⁾, nisi novum profundae venerationis et filialis obsequentiae erga sapientissimum Leonem Tredecimum, cuius laus est in omni ore, testimonium et pignus palam exhibere.³⁾

D. Beda Plaine.

Das Wissen Gottes nach der Lehre des hl. Thomas von Aquin.

Von Dr. Ceslaus M. Schneider. Regensburg, bei Manz, 1884—1885.

Diese Zeitschrift hat schon in den vergangenen Jahren einige Aufsätze zur Vertheidigung der Lehre des hl. Thomas gebracht, daher ich um so weniger Anstand nehme, das bezeichnete Werk des Dr. Schneider, welches den gleichen Zweck verfolgt, den Lesern der »Studien« zur Anzeige zu bringen, beziehungsweise zu empfehlen. Der Verfasser hat sich bereits durch verschiedene literarische Erzeugnisse bekannt gemacht; so namentlich durch eine gekrönte Preisschrift (»Natur, Vernunft, Gott.« — Regensburg, bei Manz, 1883), durch die Aufsehen erregende Schrift »Areopagitica« (Regensburg, bei Manz, 1884), durch die »Kritischen Bemerkungen« gegen P. Schneemann's »Entstehung der thomistisch-molinistischen Controverse« (Aachen, bei Jacobi, 1884) u. s. w. In allen diesen Werken gab er sich als gründlichen Kenner des hl. Thomas kund. Das nun schon in 3 Bänden vorliegende Werk führt zwar den bescheidenen Titel: »Wissen Gottes nach der Lehre des hl. Thomas«, in Wirklichkeit dürfte man es aber eine fast vollständige Metaphysik nennen. In drei Abtheilungen wird gehandelt: 1. von dem Selbstbewusstsein Gottes, 2. von dem Wissen Gottes in Bezug auf die Geschöpfe im Allgemeinen, 3. von dem Wissen Gottes in Bezug auf besondere Seinskreise der Schöpfung.

¹⁾ Quarum elenchem speciali articulo suo tempore tractandum curabimus. (Redactio).

²⁾ Romanae Ecclesiae decreta velut oracula veri Dei auscultat, laudans, damnans, anathematizans, reprobens quaecumque. Sedes alma Petri laudat, damnat, anathematizat atque reprobatur. vd. p. VIII.

³⁾ Praefatio p. VIII.